

- vel iacet vel dormit vel mortuus est, secundum illud, quod apostolus ait: Elevare, qui dormis, et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. Surge a mortuis, ut*
 75 *in novitate ambules vitae, ut terram deserens ad altiora nitaris. Idem in Malachia: Debilis⁷³ quidem est et maculata nostra oratio, quando ira invidia inimicitii et alia animi perturbatione nobis in negligentia iacentibus corrumpitur, si offerentes munus ad altare et recordati, quod aliquid frater noster habeat adversum nos, non ante pergamus, quam ut satis ei faciamus.*
- 80 *Secundus vero ordo habet specialiter regale ministerium ad populum dei regendum et gubernandum⁷⁴. Unde et rex nomen habet, ut Isidorus ait: Rex⁷⁵ a regendo vocatus sicut sacerdos a sanctificando. Non autem regit, qui non corrigit. Recte igitur faciendo hoc nomen tenetur, peccando adimitur. Quare apud⁷⁶ veteres tale erat proverbium: Rex eris, si recte facias, si non facias, rex non*
 85 *eris. Regis virtutes praecipue duae sunt, iustitia videlicet et pietas. Veruntamen in regibus plus laudatur pietas, nam iustitia per se sine pietate severa est. De hoc et beatus Augustinus in epistola ad⁷⁷ Marcellinum de moribus bonis^c et de republica agenda^d dicit: Ex⁷⁸ parva republica et inopi magnam opulentamque fecerunt, qui accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. Quomodo Caesar*
 90 *utique administrator reipublicae, cuius mores extollens Cicero dicebat, quod nihil oblivisci soleret nisi iniurias? Dicebat enim hoc aut tanquam magnus laudator aut tanquam magnus adulator, sed si laudator, talem Caesarem noverat, si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem reipublicae, qualem illum fallaciter praedicabat. Item idem in epistola ad Bonifacium: Imperatores⁷⁹*

^c) *danach principum Hinkmar, Ad episc.*

^d) *augenda Hinkmar, Ad episc.*

⁷³) Hieronymus, In Malachiam 2, 2 (CC 76/2 S. 914 Z. 61–65).

⁷⁴) Vgl. Synode v. Paris (829) II c. 2: *Regale ministerium specialiter est populum dei gubernare et regere ...* (MGH Conc. 2/2 S. 651 Z. 34f.), gleichlautend *Relatio episcoporum* c. 56 (MGH Capit. 2 S. 47 Z. 19), Jonas v. Orléans, *De institutione regia* c. 4 (ed. Reviron S. 145), Synode v. Aachen (836) c. 43 (MGH Conc. 2/2 S. 716 Z. 1); zum Begriff des *ministerium regale* im Denken der Karolingerzeit vgl. Anton, *Fürstenspiegel* S. 408 ff. (erstmalig bei Smaragdus v. St-Mihiel).

⁷⁵) Isidor v. Sevilla, *Etym.* 9, 3, 4–5; vgl. Anton, *Fürstenspiegel* S. 388 f.

⁷⁶) Bis Z. 86 *est* gleichlautend auch Hinkmar, *Ad episcopos* c. 16–17 (Migne, PL 125 Sp. 1016D–1017A).

⁷⁷) Bis Z. 94 *praedicabat* gleichlautend auch Hinkmar, *Ad episcopos* c. 16 (Migne, PL 125 Sp. 1016CD).

⁷⁸) Augustinus, Brief 138, 9 (CSEL 44 S. 134 Z. 6–13).

⁷⁹) Augustinus, Brief 185, 8 (CSEL 57 S. 7 Z. 11–14), auch in Hinkmar, *Ad episcopos* c. 16 (Migne, PL 125 Sp. 1016C).